

tur remedium? Nonnunquam herus operi conficiundo manus admouet. An ergo tum opus non dicetur, quod à ministro non fuerit elaboratum? Sed ulterius concedendum erit, & à primo Alterationis diuersi modi vel nominū tenus duntaxat præsignandi, quod nostro instituto satis superque futurum est.

ALTERATIONEM remediorum in solis accidentibus positā heic cōsideramus, quatenus forma seu composito illæso Quantitate duntaxat, vel Qualitate mutantur. Patitur Quantitas, si continuitas eius, vel producitur, Extensione, Dilatione: vel soluitur, Concisione, Fractione, Tritione, Totius compositi in partes constituentes dissolutione. Qualitas verò diuersa mutationis diuersos recipit modos. Etenim facultas prima cōtrarijs pellitur, Calefactione, quo Digestionem, Circulationem reducimus: humectatione, quò Macerationem: refrigeratione, quò Restinctionem: exsiccatione, quò Arefactionem. Secūda itidem, Mollitione, Induratione, Attenuatione, Densatione, & simi-

*Remedium
simplex di-
uersis mo-
dis altera-
tur.*